



INDEX
Alphabetico & Voluminis.

A.

De Anigmatis legum	No: 2.
Apicibus juris.	3.
Anno novi iustitia.	16.
Angelorum iure.	22.
Abentmagis drecte.	25.
Artifice voluptatis.	10.
Asfermiltuorse.	18.
Abnasmed drecte.	34.
Arborum iure.	27.

B.

De Baptismi iure	24.
Baum drecte.	27.
Blumen drecte.	26.
Bono publico privatorum bonis preferendo.	38.
Bonorum omnium iustitia	37.

C.

De Clypeo militari.	No. 11.
Civis signo, Kreuzzeit	15.
Capite jejuniij asfermilt	18.
Canicularibus diebus.	21.
Christfest drecte.	23.
Canes sacra iure.	25.
conventionem prohibita Ma- gistratibus cum subditis.	28.
collestarum iure.	36.
culpa propria imputatio	40.
cenfus protectionis.	43.
controversa Theres.	41.

D.

De diebus canicularibus.	21.
Decanis.	30.
Decremento.	19.
Dignitatis putinae memoria.	9.

E.

De Embria felici.	8.
Eo quod pendet.	29.
Embryonum iure	35.
Eydes wiederseimgebung.	45.
Engel drecte.	22.

XI.

CHRISTIANI VVILDVOGELII, JCT.

CONSILIAR. SAXO VINAR. AVLICI

ET IN ACADEMIA JENENSI ANTECESSORIS

COLLEGII JURIDICI h. t. DECANI

DE

CLYPEO MILITARI

five

HEERSCHILDE.

ad

Lib. 1. Landrecht. Art. 3. & Lehnrecht. cap. 1.

PROGRAMMA INAUGURALE.

P. P. Jenæ die XXVI. MAII. A.O.R. M. DC. XCV.

J E N Æ

Litteris Müllerianis.

Handwritten signature



XI

CHRISTIANI VVILDVOGELII JCT.

CONSILIAR. SAXO VVAR. AVVICI

ET IN ACADEMIA JENENSI ANTECESSORIS

COLLEGII JURIDICI HEC DECANI

CLYPEO MILITARI

HEERSSCHILDE

PROGRAMMA IN AVGVSTI

P. P. JENAE DIE XXVI. MAII. A. O. R. M. DC. XCV.

Handwritten signature or scribble





Vi bellicæ virtuti ac mentis
robori illustrium hono-
rum decus abjudicant,
illi certè publicæ rei e-
molumentis immane
quantum præjudicant.
Neque enim efficacius
aliud ad res domi foris-
que impigrè obeundas
incentivum est, quam
hominum virtutem di-
gnis condecorari præ-

miis, ac celebritate aut nominis quadam prærogativâ hone-
stari.

Et licet virtus per se unumquemque, ut loqui amat
Pontifex in *can. pn. d. consecr. dist. 5.* facile clarificet, atque sui
ipsius pulcherrima merces à sapientissimis quibusvis semper fu-
erit habita, ut hinc Claudianus *d. consul. Mall.* cecinerit:

-- -- *Virtus pretium sibi, solaque latè*

Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis

Erigitur, plausuque petit clarescere vulgi:

Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,

Divitiis animosa suis. &c.

dubium tamen non est, quin, si externus eidem accedat splen-
dor & præmia tribuantur benè merentibus, longè plures omni-
bus ingenii corporisque viribus & egregiis facinoribus ad pal-
mam istam nominisque prælustri decora sint connisuri. Nam,

ut

ut rectè Cicero in Orat. pro Milone monet, ex omnibus præmiis virtutis, si esset ratio habenda præmiorum, amplissimum esset premium gloria. Quamobrem sapienter admodum fecere sacratissimi Imp. quando longis retrò temporibus Nobilitatis insignia adornarunt, eaque dispensarunt heroibus, qui suam in periculis pro patria subeundis constantiam, ac generosum hostium copias frangendi impetum specimine luculento monstraverant. Quin & ut isthoc honoris præmium esset perpetuum, & ad posterorum quoque transfunderetur seriem, gloriosissimi isti Principes voluere, quò illi tanto majorum suorum ornamento exstimulati, non tuerentur tantum virtute suâ illatum in gentem decus, sed & augerent præclaris facinoribus, ac majus illustriusq; redderent. Enata hinc sunt diversa Nobilitatis non nomina saltem, sed & gradus: processerunt quoq; exindè varia insignia ac honoris externi characteres, quos in tabulis pingere, lapidibus ærive incidere, affigere ædibus, tentoriisque, intexere armis consuevere, ut hoc pacto à vulgo secernerentur illi, quibus nobilitas in premium bellicæ virtutis concesserat. Inprimis clypeis ac scutis suis ista insignia, imagines item & nomina tam sua quam avorum imprimere solebant Heroës isti, eaq; post mortem in templis juxta tumulum ad perpetuam famæ memoriam suspendi curabant. Hunc morem à priscis gentilibus receptum Saxones quoque observasse manifesto indicio inter alia est vox antiqua HERESCHILDI sive CLYPEI aut CINGVLI MILITARIS, cujus passim in Legibus Saxonis fit mentio. Ejus proindè significatum & usum paucis investigare juvabit. Ipsum quidem vocabulum origine est germanicum atque compositum, ex HEER, quòd exercitum denotat, & SCHILD, quòd latinis est Clypeus, adeoque vi suæ derivationis nihil aliud significat armorum illud genus ac propugnaculum, quo milites in bello utuntur ad tela infesta hostium repellenda & ad gladiatorum ictus excipiendos. Quando verò in Saxonum Legibus ejus mentio injicitur, sæpius obsequium militare indiciat,

gitat, quo quis Principi est obnoxius, quodve Angli *Scutagium* vocant. Namque in Constitutione Friderici I. d. Ann. *MCLVIII.* apud Goldast. *Tom. III. Const. Imp. sub §. VIII.* qui inscribitur: *De Abbatissæ & Episcopi HERESCHILDO*, sancitur: ut, si monialis in Abbatissam, aut Monachus in Episcopum eligatur, per hoc in Imperio *MILITIÆ CINGVLVM* & non jura civilia acquirere possint, i. e. Regalium, quæ tenent jure, militares functiones obire teneantur, explicante Carol. du Fresne. *Glossar. Latin. verb. Hereschild.* Neque aliud quid innuere vocabula *Araschild & Ariscbild*, sed corruptè ita legi in antiquis monumentis, Idem pntat *ibid.* Atque hinc, quando in Legibus Longobardorum *Lib. I. tit. 17. §. 5.* cavetur, ut vis à fœminis maritorum impulsu illata, ab ipsis maritis emendetur, rationem sanctionis istius Legislator subjungit, quia, inquit, *non possumus mulierum collectionem ad ARASHILD assimilare, neque ad seditionem rusticorum, quia viri isti causam faciunt, non mulieres*, i. e. quia hæc causa ad viros spectat, non mulieres. Alio tamen sensu nomen illud HERESCHID ab aliis scriptoribus trahitur ad significandam *Dignitatem nobilitatis atque originis*, veluti in Chronico Laureshamensi hæc leguntur verba: *Exinde siquidem MILITARIS CLYPEATRÆ, scil. HERESCHILT integritas confusa atque in diversa distracta est. item: quo numero etiam beneficalis summa MILITARIS CLYPEI, qui vulgo HERESCHILD Laureshamensis Ecclesiæ attinens includitur; & alio in loco: Quæ idcirco Rex remisit, ne fortè dignitas regalis Abbatie, MILITARI CLYPEO, qui vulgò dicitur HERESCHILDT, subtracto diminueretur.* Eodem significato vox ista in multis locis Speculi Saxonici, sive collectione legum Saxonicarum occurrit. Ita enim in principio statim libri, qui inscribitur *Lehnrecht. cap. L.* autor ait: *Zum ersten sollen wir merken, das der HEERSCHILT an dem König anhebet, und sich an dem siebenden Schild wider endet. Doch haben die Leyen Fürsten den sechsten in den siebenden bracht, seid.*

seid sie worden sind der Bischoff manne, das doch zuvor nicht was. Nimirum omnem dignitatem seu nobilitatem in septem clypeos seu gradus dispesci voluerunt Saxones, juxta septem mundi ætates, ita ut prior ad Reges pertineat, & ultimus ad eos, qui feuda tenent, referatur. Qua de re textus notabilis extat in *Lib. I. Weichbild. art. 3.* ubi Auctor commemoratâ prius Origenis sententiâ de septem mundi ætatibus, hæc subjicit: Ad hunc modum **CLYPEVS** seu **CINGVLVS MILITARIS** in septimo terminatur. &c. quæ verba germanico idiomate ita sonant: *Zu derselben Weise sind auch die HEERSCHILD und Stende der Ritterschafft ausge-reilet. Unter welchen der König den ersten hat. Die Bischoff, die Ebt und die Ebtisin, die gefürstet sind, haben den andern. Die LeyenFürsten den dritten, seind sie der Bischoff Mann worden sind. Die FreyHerren den vierden. Die Schöpffenbaren Leut und der Freyherrn Manne haben den fünfften. Ihre Man fortan haben den sechsten. Und als die Christenheit in der siebenden Welt keine bescheidene Zeit weis, wie lang sie stehen sol, also weis man auch nicht an dem siebenden Schild ob der Leben oder HEERSCHILDES recht haben möge. Die LeyenFürsten haben aber den sechsten SCHILD in den siebenden gebracht, seind Sie worden sind der Bischoff Mann, das ehe nicht was. Idem ferè repetit Gloss. ad *Lehnrecht. cap. XXV. circ. fin. verb:* Und als denn die Welt in Zweifel stehet, in dem siebentausend Jar, ob Sie länger stehen sol, also ist es auch in Zweifel ümb den HEERSCHILT, der in der siebenden Zahl stehet, und sich da endet, ob er HEERSCHILDES Recht haben mög, denn es sind allein sechs HERSCHILT vollkommen, seind die LeyenFürsten den siebenden SCHILT in den sechsten bracht haben. Utut autem ea, quæ de septem mundi ætatibus, & juxta istas compositum dignitatum numerum enumerata jam fuerunt, simplicitati Veterum meritò attribuamus, haud temere tamen rejicienda penitus esse videntur, quando quidem ad multa juris Saxonici loca explicanda quam
ma-*

Maximè faciunt. Mentionem quippe facit Glossa ad *Weichsbild. art. VIII.* hominum, qui dicuntur *Einschiltig*, rationem subnectens: *darum das sie Einschiltig sind an dem HEERSCHILD (das ist an dem Ritterlichen Adel)* illi nimirum, qui in sexto designantur *militari clypeo*, vel dignitatis gradu. Atque hinc licet ordine differant nobiles isti ad diversos clypeos relati, omnes tamen dignitate gaudere, asserit Glossa *cit. loc. verb.* *Ir solt auch wissen, alle die, die in dem HEERSCHILDTEN sind begriffen, die haben Rittersart und Namen, das ist das sie Ritter werden mögen.* E contrario, illi, quibus *clypeus militaris* non tribuitur, nobilium numero haud accensentur, nec proinde feudorum nobilium sunt capaces. Quod referuntur Clerici *Landr. Lib. II. art. 22.* quod ita disponit: *Begibt sich ein Man von der Welt, der zu seinen Iahren kommen ist, und zeuhet er Mönchs-Kleider an, und beschirt sich darnach &c. Er hab Gehorsam gethan oder nicht, er hat doch den HERSCHILT niedergelegt.* Eo ipso enim quod quis Monachi habitum assumit, etiamsi votum nondum præstiterit, cingulum militare deposuisse censetur. Gloss. ad *Lehnrecht cap. II.* *Das sie iren HERSCHILD niedergelegt haben mit der Pfaffheit.* Nisi tamen peculiari Electione ab Imperio in numerum militum nobilium denuò alliciantur, quod ita enarrat Gloss. ad *Lehnrecht. cit. loc.* *Das man ir aber Lehen leihet, das geschicht von Köre wegen, und davon empfahen sie den HERSCHILT von dem Reiche mit dem Zepter.* Idem iudicium porrò ferendum de Uxoribus, rusticis & Mercatoribus, quibus jura Cinguli militaris haud competunt. Glossa ad *Lehnrecht. d. cap. 2. vers. die größte Sach.* verb: *Der Man hat den HEERSCHILD, und die Frau die gewer an den Gut. item Bawren, Kauffleute und alle die des Rechten darben, diese alle sind von dem HEERSCHILT verleget, und darumb haben sie kein Lehn.* Potissimus autem effectus *Hereschildi* in eo cernitur, quod jure feudali Saxonico, is cui jura clypei militaris assignantur, non teneatur
feud.

feudum suum accipere ac eo, qui non ejusdem cum ipso est conditionis, ac dignitatis confors. Qua de re ita lancitum in Lehnrecht cap. XXV. Das ist nicht recht, das man jemand niedere, mit der Anweisung, Lehen zuempfaben, an seinem Gut, von einem seinem Ungenossen. Quod sequentibus verbis declarat Glossa ibid. Und ist zuvernehmen, ob jn der Oberherr wolle weisen an des Herrn Ungenossen, oder an einen, der des HEERSCHILTES darbet. Clypeus namque militaris eo ipso diminui dicitur, & totum feudum amittitur, quò quis illud ab eo accipit, qui cingulo vel clypeo caret. Ita Lehnrecht. cap. LIV. Wenn ein Herr seinen SCHILT (mit seiner Manschafft anzubieten) niedert, alles seiner manne Lehn hat er verlohren, das sein eigen nicht ist. Hoc est, interpretante Glossa ibid: Ob ein Herr seines ungenossen man würde, damit niedert er seinen HEERSCHILD &c. Contra eo in casu non cadit is jure suo, cui dominus per alium nobilitatis consortem feudum defert. Idq; innuit Glossa ad Lehnrecht cap. XXV. verb: Nun fragt man, ob er sein Gut zu recht empfangen sol von dem EINSCHILTIGEN, oder von dem Herren &c. relatis enim quorundam opinionibus, concludit: Der Oberherr mag jn wohl weisen an des Herrn Genossen, und da mag er das Gut auch wohl von empfaben, denn er niedert seinen SCHILT damit nicht, ob er seines Herrn genossen Mann wird. Quo cum consonat dispositio in Landrecht Lib. III. art. LXV. afferens clypeum bellicum minorari ex eo, si quis ab inæquali patiat se infeudari: wird ein Man seines Genossen oder Ungenossen Man, seine Geburt noch sein Landrecht hat er damit nicht gekränkert, seinen HEERSCHILD hat er aber damit geniedriget. In casu converso, eum, qui cingulo militari caret, feudum alteri ejusdem conditionis concedere posse, constituitur in Lehnrecht. cap. II. Welcher man nicht zu dem HEERSCHILD geboren ist, der mag nicht wegern Gut zu leiben, dem, der des HEERSCHILTES auch darbet und mag auch keinen seinen Herrn forder vertadeln (ob er an ihn folgen sol) ob er wol des HEER-

HERSCHILDES nicht hat. Ex eodem porro fonte proma-
 nat, quod de testimonio illius non admittendo, qui cingulo
 militari caret, habetur in *cap. II. Lehnrecht*: Von Gezeuge
 mag man verlegen in dem Lehnrecht alle die des HERSCHIL-
 DES darben; Nec non quod ibidem legitur: Ob zween Man
 ein Lehn gut zugleich ansprechen, und beide Gezeugen darzu
 bitten, einer einen der zu dem HERSCHILD nicht geboren
 ist, und der ander einen andern, der am Lehnrecht volkom-
 men ist, des Gezeugen am Lehnrecht vollkommen sein, sollen
 vorgeben, und des andern Zeugen sollen vertadelt sein. Inte-
 rim si dubitetur, num quis cingulum habeat militare, non
 qui id negat, sed qui asserit, illud probare obstrictus est. Ita
 enim Glossa Germ. ad Landrecht. Lib. III. art. 29. Auch wisse,
 das einer seine vier Ahnen erweisen mus, ob ihm sein Herr des
 HERSCHILDES nicht geständig ist, das ist, ob er ihm des
 HERSCHILDES Geburt und Ankunfft verneinet. Tandem
 nec illud silentio est prætereundum, quod statuitur in Lehn-
 recht. *cap. LXX. pr.* non posse aliquem sententiam à iudice,
 nobili latam increpare, id est, ab ea appellare, nisi ipse *clypeum*
habeat militare. verb: Wer des HEERSCHILDES nicht hat,
 der mag niemands Urteil straffen, der den HEERSCHILT hat.
 Quemadmodum nec is, qui *clypeo* militari caret, sententiam in
 alterum, qui *clypeo* utitur, sententiam proferre valet. Gloss. ad
d. cap. LXX. Cæterum non est existimandum, eos solum, qui
 gladiis, *clypeo* & thoracibus nituntur, ista dignitatis præroga-
 tiva ac jure militaris cinguli ornari. Nam & togatis militibus
 hic honor debetur, qui nim. glorioso vocis munimine freti,
 laborantium spem, vitam ac posteros defendunt: quippe
 & hi militare creduntur, & non minus provident humano ge-
 neri, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque
 fervarent, prout eleganter loquuntur Impp. Leo & Anthemius
 in *L. XIV. C. d. Adv. diver. judicior.* Quare rectissimè hos
 quoq; maximis honorum insignibus & splendidissimis mactare
 titulis, nec non HERESCHILDVM sive dignitatis ac nobili-
 tatis

)

tatis

tatis tesseram iis tribuere decet. Optimo jure talem prome-
ruit, quem jam in publicum producimus, Jurium Candida-
tus dignissimus

IOANN DANIEL GIHNLEIN,
Illustris Regim. Saxo - Coburgens. Advocatus Ordin.

cujus ortum ac vitæ hæctenus gestæ rationem pro isto, qui in
academiis viget, more nunc enarrabimus. Prodiit ille in lu-
cem Coburgi Franconiæ anno vergentis ad finem seculi sexa-
gesimò tertiò, natus nobilissimis parentibus, ac genitore qui-
dem, Amplissimo & Consultissimo, JOANNE JACOBO
GIHNLEIN, Secretariò primùm regiminis Saxo - Cobur-
gici, postmodum Præfecto Neostadii ad Ericas spectatissimò,
matre autem ornamento sexus sui fulgentissimò, ANNA SA-
BINA, experientissimi viri, JOANNIS MAJI, Medic. Do-
ctoris, ac Physici de Urbe Coburg. multis annis præclare me-
riti, filiâ politissimâ. Parentes hi laudatissimi patriæ felicitate
usi, suum istud charissimum pignus maturè tum scholæ, quæ
alitur ibi, triviali, tum ipsi Gymnasio commiserunt, ut vir-
tute pariter ac bonis artibus probè excoleretur. Quare No-
ster in utroque ludo ad altiora studia sic satis compositus anno
LXXXIII. in hanc pervenit academiam, & ad capessendum no-
bile juris studium animum suum sedulò applicuit. Sectatus
omnium ac singulorum Juris Professorum Scholas sive publi-
cas, sive privatas, brevi temporis spatio tantum in arte nostra
profecit, ut sub Magnifici PETRI MVLLERI, quem in pri-
mis ducem & auspiciem studiorum suorum elegerat, præsidio
fortissimo de *Gynacocratia in Imper. Rom. German.* in publico
eruditorum conventu cum laude disputaret. Non autem sibi
ad magna contendenti sufficere autumabat, in hac tantum of-
ficina auscultasse viros jurium peritos, sed, quæ inexplebis erat
ejus discendi cupido, alias plures academias illustres, ac Jctis
præstantissimis florentes, lustrare constituit. Wittenbergam
igitur anno seculi hujus octogesimò quintò delatus non solum
in


in jure oraculum illud, CASP. ZIEGLERVM, & Jctum ce-
lebratissimum D. BERGERVM audivit, scholasque Histo-
ricas incomparabilis SCHVRZFLEISCHII ingenti alacritate
frequentavit, sed & eruditum publicæ disputationis specimen
in collegio conclusionum theoretico practicarum ad Instituti-
onis juris sub celeberrimi D. STRAVSII auspiciis edidit. In-
de anno octogesimo octavo Lipsiam ad gubernandos juvenes
Generosos evocatus, cum spartam hanc singulari cum laude,
administret, Illustri ac Generosissimo Domino, Dn. CA-
ROLO GOTHOFREDO, Libero Imperii Baroni de GIECH-
Domino in Thurnau, Buchau &c. moderando præficebatur,
ac eo comite Kilonium Hollatiæ profectus, famigeratissimi Po-
lyhistoris, MORHOFII, præclaras doctrinas avidè hausit.
Obtento ibidem, quem concupiverat, scopò, unà cum prælau-
dato Barone, quem fidei suæ creditum adhuc habebat, Halam
Saxoniae ivit, insignis Philosophi ac Jcti, CHRISTIANI
THOMASII, Antecessoris & Consilarii Brandenburgici
decantatas passim palæstras visitaturus. Cumque usus illius
eximii, quem Juris publici notitia in administrandis rei publi-
cæ partibus promittit pariter ac præstat, satis gnarus esset,
Francofurtum ad Mœnum sese contulit, ibique Celeberrimi
Viri IOH. WOLFGANG. TEXTORIS, Reip. istius Syndi-
ci primarii informationem exposcens, laudati juris cognitione
pectus suum uberrimè implevit. Emensus sic amplissima stu-
dii juridici spatia vitæ academicæ imposuit colophonem, &
cum præclaræ ipsius dotes in occulto latere non possent, Se-
renissimi Principis ac Domini, Domini ALBERTI, Ducis
Saxon. Jul. Cliv. Mont. Angar. & Westphal. &c. &c. Domi-
ni nostri clementissimi divino nutu in advocati ordinarii gra-
dum splendidum evasit. Sibi autem in perorandis causis pon-
dus ac decus majus accessurum ratus, si Doctoris jura & privi-
legia adferret secum in partes, denuò nostram adiit academi-
am, primam studiorum suorum foecundissimam nutricem, &
apud Jctorum Collegium facultatem specimen Candidatis

ism.



imponi solita edendi modestè flagitavit. Nos, locò honestis desiderii relicto, in examinibus tam promptum tamque egregium offendimus, ut reliqua documenta exerendi copiam impertiendam unanimi suffragiò judicemus. Quamobrem, cum crastina die horà X. in publicam cathedram recitatum cursoriam, ut vocant, lectionem *ad L. 1. C. d. Servit. & aqu.* proditurus sit, Magnificum Dn. RECTOREM, Patres academiae venerandos, omnesque alios, qui nostro ordini benè cupiunt, officiosè ac perhumaniter rogatos volo, ut constituto tempore in Jctorum aroaterio publico frequentes compareant, & optimi Candidati conatus sua benevolentia & attentione exornent. Non ipse tantum obsequio & officiis hoc in se collatum beneficium demereri annitetur, sed & nostrum Collegium me interprete ac præde reciproca studia cuius pollicetur. P. P. in academia Jenensi d. XXVI. Maji.

A. O. M. DC. XCV.



01 A. 6517


ULB Halle 3
002 937 565




TA-FL.

V. 17 Retro ✓







XI.

CHRISTIANI VVILDVOGELII. JCT.

CONSILIAR. SAXO VINAR. AVLICI
ET IN ACADEMIA JENENSI ANTECESSORIS
COLLEGII JURIDICI h. t. DECANI

DE

CLYPEO MILITARI
five
HEERSCHILDE.

ad

Lib. 1. Landrecht. Art. 3. & Lehnrecht. cap. 1.

PROGRAMMA INAUGURALE.

P. P. Jenæ die XXVI. MAII. A.O.R. M. DC. XCV.

JENÆ

Litteris Müllerianis.

Handwritten signature